Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata. Et coperunt qui simul accumbebant
dicere intra se. Quis est hic qui etiam
peccata dimittit. Dixit autem ad mulierem.
Fides tua te saluam fecit. uade in pace.
L.l. xxv. x Sol. Et factum est deinceps. et ipse iter faciebat
per ciuitatem et castellam predicans et euan
gelizans. regnum dei. Et duodecim cum
illo. et mulieres aliquę quę erant curatę
a spiritibus malignis et infirmitatibus.
maria quę uocatur magdalena de qua
demonia vii exierant. et iohanna uxor
chuzę procuratoris herodis. et susanna.
et alię multę quę ministrabant eis de fa
cultatibus suis. Cum autem turba
L. xxvi. ii ch. cxxxvi. R m. xxxvi.
plurima conueniret. et de ciuitatibus
properarent ad eum. dixit per similitudinem.